Coram uobis Notario Publico, testibusq. ad h[oc] [vo]catis et rogatis, alijsq. hic praesentibus Martinus Kolacki Can[oni]cus Varmien[sis]. Mandatarius seu Plenipotens R[everendissi]mi D. Fabiani Konopatzki S[anctissi]mi D. N. Cubicularij et Praelati domestici etc. nec non Ecclesiae huius Varmien[sis] Decani et Canonici, omni meliori modo uia, forma et stylo, quibus de Iure potest et debet, protestatur [de] ~~de~~ [denominati Principalis sui Iuris] prioritate et potioritate, nec non legitima possessione Canonicatus et Praebendae in hac Ecclesia, de quibus subrep[ti]tie et obreptitie, ac sic, ut creditur, nulliter, V[enerabi]lis Sigismundus Steinson Plebanus Elbingen[sis] prouideri a S[anctissi]mo D. N. sibi petijt et nunc de facto † installatur. Cum aut[em] ~~de prioris gratiae praedicto R[everendissi]mo D. Konopatzki~~ [Konopatzki] a S[anctissi]mo D. N. factae, in bis p[er] D. Steinson obtentis ~~in~~ reuocatione minime constet, imo certum sit, si S[anctissi]mo D. N. expositum fuisset, hanc secundam ~~gratiam minime~~ [nec aliquam] concessisset. Idem D. Plenipotens D[omi]no Principali suo, omne Ius, [meliorem] et Possessionem ~~integram~~ [certam], reservata[m] cupit et reservat. et quidquid huiusq[ue] a D. Steinsohn attentatum uel actitatum fuit, uel forte attentari uel actitari contigerit, nullius roboris et firmitatis [fuisse] esse uel fore debere, ~~decer~~[ni] a ~~S[anctissi]mo D. N. ex superabundanti declarari emanauerit~~. De quib[us] iterum atq[ue] iterum protestatur. Saluo Iure addendi, minuendi ~~et~~ corrigendi etc.

† nulla citatione intimatione seu notificatione parti facta nec causae cognitione praemissa

Petitur D. Steinson tamquam ... nomine parti in iure contra ... ac damnis et expensis [illegible] refundendis subiacere